

est principalior, et dignior, et proxime instituta ad continentium et tangendum Corpus et Sanguinem Christi, quod præcipue fit in parte inaurata, quæ licet sit minor respectu materialis quantitatis, est tamen major ratione excellentiæ, et muneris, quod debet præstare per continentiam, et immediatum contactum ejusdem Sanguinis et Corporis Christi; unde instantia militat in oppositum, et contra adversarios. Sic Suarez, Vasquez, aliique plurimi cum Barbosa, loco cit., num. 33; Rosignol., loc. cit., num. 17; Reiffenstuel, lib. 1, decret., tit. 16, num. 16. Non amittitur autem consecratio Calicis et Patenæ per aliquos ictus a fabro inflictos, cum per eos nec notabiliter frangatur, nec mutatur interne superficies illa, qua continetur, et immediate tangitur Sanguis et Corpus Christi; Armilla, in Summa, verb. *Calix*, num. 4; Bartholomæus ab Angelo, Dialog. 5 de Missa, § 327; Azor., part. 1, lib. 1, cap. 28, qu. 5; Bonacina, de Sacrament., disp. 4, qu. ultim. punct. 9, n. 18; Barbosa, l. c., n. 39.

(19. Calicem non consecratum remanere consecratum, si in eo bona fide celebretur, probabiliter defenditur; quæ enim major consecratio esse potest, quam contactus Corporis et Sanguinis Christi, in quo residet ipsa substantialis sanctitas? Sic Diana, part. v, tract. 13, resolut. 60, aliique multi. (20. Sed probabiliter dicendum est, non sufficere consecrationem per contactum Corporis et Sanguinis Domini, et ulterius requiri consecrationem cæremonialem, quæ fit per Chrismatis inunctionem, et benedictionem Episcopi, vel Abbatis, vel alterius ad id privilegium Pontificium habitas; quia Ecclesia pro forma consecrationis Calicis verbalem benedictionem cum Chrismatis inunctione solum assignavit; si enim profanus Calix fit sacer per contactum Sanguinis Christi, ut vult Diana, cur non etiam barba, et pannus, in quo defluxit sacer Sanguis? ut dicit Gobat, lib. 1, tract. 3, casu 10, sect. 2, num. 309. Tum quia si celebratio Missæ bona fide facta in Calice non consecrato sufficeret pro Calicis consecratione, idem dicendum etiam esset de celebratione Missæ mala fide facta in simili Calice, quod plane falsum est, aliter multa absurda, et inconvenientia possent oriri. Et hanc opinionem tenent Suarez, in tertia parte t. III, disp. 81, sect. 7, vers. *Alia vero forma*; Lugo, disp. 20, de Eucharistia, n. 92; Dicastillo, disp. 4, de Eucharist., n. 199; Lezana, in Summa, verb. *Calix*, num. 8; et expressus Fagundez, de quinque Eccles. præcept., p. 1, lib. III, c. 21, num. 15, ubi refert, ita fuisse decisum a gravissimis Patribus Societatis Jesu.

(21. Calix, Patena, et alia ornamenta, quæ immediate attingunt Corpus et Sanguinem Christi, ut sunt Corporale, et Palla non possunt tangi à Laicis, et multo minus a Feminis, prout habetur in cap. *Sacras* 25 dist. 23. (22. Tangere enim Vasa sacra, quando non continent actu Corpus et Sanguinem Christi, est restrictum Subdiaconis privative quoad alios Ministros non consecratos; cap. *Non oportet* 30 et cap. *Non liceat* 31 dist. 23.

(23. Quando autem continent actu Corpus et Sanguinem Christi, tangi nequeunt, nisi et Sacerdotibus et Diaconis privative etiam quoad ipsos Subdiaconos; cap. *Non oportet* 26, dist. 23.

(24. Facultas tangendi Vasa sacra vacua concessa videtur etiam Acolythis in ipso Missæ Ministerio cap. *Non licet* 32, dist. 23 et cap. *Nullus* 1, dist. 24, quæ tamen non est ex vi Ordinationis, cum Acolythis in ipsorum Ordinatione hujusmodi Vasa tangenda non tradantur, sed solum ex quadam permissione.

(25. Hæc facultas tangendi Vasa Sacra vacua fuit postea ex privilegio concessa a variis Summis Pontificibus Laicis et Clericis nondum in Sacris constitutis Regularium, ut referunt Casarubius verb. *Ornamenta*, Confectius Bullæ Sixti IV, et Rodericus tom. I Bullarii in Oraculis ejusdem Sixti, ubi habetur, quod Eugenius IV et Paulus V concessit Casinensibus, et Calistus III, et Sixtus IV, Minoribus et Augustinianis, ut Fratres eorum Laici, et Clerici nondum Sacris initiati deputati Officio Sacristiæ, seu Ministerio Altaris, possint cum licentia Superiorum contrectare Calices, corporalia, et res alias Sacras, easque lavare cum opus fuerit, quod extenditur etiam ad Moniales Sacrestanas, ut patet sub verb. *Vasa Sacra* num. 14.

(26. Quicumque autem non habent hanc facultatem, nec ex vi suæ Ordinationis, nec ex speciali privilegio, et permissione, si absque rationabili causa, et sine morali necessitate tangant Vasa Sacra, peccant saltem venialiter; Suarez tom. III disp. 81 sect. 8 vers. *Tertium exemplum sit*; Marchinus tract. 3 de Sacrific. Missæ part. III de Requisit. ad Missæ celebr. cap. 13 num. 8 et seqq.; Rosign. de Eucharist. quæst. 9 de Ritib., art. 2, num. 26 et alii passim; et ratio est, quia præfert quamdam irreverentiam et præsumptionem, et inanis esset concessio privilegiorum facta Regularibus tangendi hujusmodi Vasa, si sine labe possent ab aliis omnibus indefinite tangi.

(27. Calices, aliaque Vasa Sacra urgente necessitate possunt vendi; cum hoc tamen, quod si vendantur Laicis, debent prius confari, vel saltem frangi, et solum Ecclesiasticis Personis possunt integra sine fractione vendi. (28. Nec ratione consecrationis eorum potest aliquid plus exigi ab emptoribus, sive Laicis, sive Ecclesiasticis, aliter erit gravissimum Simonia peccatum; arg. cap. *Non satis* 8 de Simonia. Cum enim consecratio Calicis, aliorumque vasorum, sit quidpiam mere spirituale, non æstimanda est pretio pecuniæ, nec in quocunque casu potest ingredi commercium. Ita communis Doctorum. Et pro omnibus sufficere adducere verba S. Thomæ in 4 dist. 25 q. 3 a. 1 q. 3 ad 1: *Vasa Sacra*, inquit S. Doctor, *nullo modo ratione consecrationis vendenda sunt, ut scilicet pro consecratione eorum aliquid plus exigatur; tamen in necessitate Ecclesiæ possunt vendi ex parte ejus, quod in eis non est spirituale, scilicet materia auri et argenti. Et tunc si venduntur Ecclesiasticæ Personæ, possunt integra vendi: si autem venduntur*

aliis non ad usum Ecclesiæ, debent prius frangi præmissa ratione, ne sancta ab aliis tractentur, quam a Ministris Ecclesiæ.

(29. Calix non debet poni in manibus Sacerdotum defunctorum, ut abusive introductum est; Bassi de Sodalitibus q. 1, num. 14; Clericat. et alii relati sub verb. *Sacerdos*, n. 69. Vide ibi.

(30. Ad dubium utrum Calix in fine Missæ debeat totus velari in parte anteriori, prout ab initio Missæ? Sac. Rit. Congreg. in Pragen. die 1 Martii 1698 respondit: *Ante versiculum, qui dicitur Communio, cooperiendum*

(1) Quoniam vero nostris quoque temporibus aliquid de Calicis Eucharistici usu Laicis concedendo missatur, consulendus quidem non inutiliter erit Benedictus XIV. Præstabit tamen hic lectorum oculis ea subjicere, quæ Otho Truchsesius Augustanus Episcopus et Stanislaus Hosius Cardinales doctissimi, cum Tridenti ea controversia apud Concilium Patres perpenderetur, de tota hac re censuerunt. Recito primum Truchsesii epistolam ad Hosium ex Lagomarsimiana Pogianarum epistolarum editione vol. III, pag. 110. « De quo autem (de concedendo scilicet Laicis Calice) sententiam meam exquiris, etsi nec ausim, nec debeam quidquam aut sentire aut loqui, nisi ex sanctissimis Concilii decretis, quæ leges statuo omnis rationis, et sententiæ meæ, tamen, quoniam opinionem meam de ea re studeo elicere, non possum te, quem unum omnium facio plurimi, celare quid existimem. Ego, si sperarem, concessam eam rem provincis forte salutarem, certe multorum salutis spei aliquid remittendum censerem. Sed, ut id futurum sit, non equidem adducor, ut credam. Quod cum ita intelligam, ne mihi quidem persuadere possum, illud remittendum esse, quod Concilii auctoritate sublatum video. Verumtamen si quidquam fuerit in Concilio constitutum contra rationem hanc meam, statim, commutata sententia, verum, ac solidum sequar Sacri Concilii iudicium. » Hosius autem ad Regem Poloniae scribens his verbis utitur: « Magna contentione petitus est a Patribus Calicis usus per Oratores Cæsareæ Majestatis, de quo cum sententiæ dictæ essent, fuere Patres in sex partes divisi. Nam alii concedendum esse dixerunt; alii, cum in eadem essent sententia, non a Concilio tamen, sed a Pontifice concedi debere; alii negarunt; alii, quamvis negarent, ad Pontificem tamen remiserunt; alii cum neutram in partem quidquam definirent, concedendum esset, nec ne, totam causam ad Pontificis arbitrium rejecerunt, alii deliberandum amplius, et negotium hoc in aliud tempus rejiciendum esse censuerunt. Qui tantopere Calicem petiverunt, spem fecerunt, fore, ut multi ex his, qui segregaverant semetipsos ad Ecclesiæ gremium redirent. Quod si certum esset, minus foret in impetrando negotii. Qui vero negarunt, his maxime causis adducti sunt, quod negarent, eos vere, et ex animo ad Ecclesiæ gremium reverti, qui præscribere vellent Episcopis potius, quam præscriptis parere... Quamobrem cujusdam in errore tuendo perseverantiæ signum esse, dicebant, quod non aliter, quam sub ea conditione, si Calix esset permissus, ad Ecclesiæ gremium se redituros, nonnulli ostenderent. Neque dici posse, eos ab omni errore liberos esse, qui hoc peterent; nam aut eos persuasum habere, quod aliter salvi esse non possent, nisi sumant utramque speciem, quasi præcepto Dei ad eam sumendam astringantur, aut non credere, quod Christus sit æque integer sub una specie, atque sub utraque. Cum autem utrumque affirmare sit hæresis, Calicem hujusmodi concedere, nil aliud affirmare (forte videri) quam hæresim approbare: maxime cum certo constet, non alios quam hæreticos Calice uti; ita ut usus illius, cujus-

FERRAR. II.

velo Calicem in anteriori parte, prout ante Confessionem.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(31. De Calicis usu Laicis, et Clericis, et Sacerdotibus non sacrificantibus aliquando permissio, vide Benedictum XIV, de Sacrificio Missæ, editionis latinæ § 359, et plur. sequent. (1).

(32. Calices, Patenas, atque Altaria portatilia cum oleis tamen ab Episcopo benedictis possunt Sede vacante consecrare Vicarii Generales ab Episcopo Vicario Apostolico in In-

dam ab Ecclesia Dei discessionis symbolum esse videatur..... Si credunt totum esse Christum sub altera specie, si credunt nullum esse Christi mandatum de utraque specie sumenda, nec esse id de necessitate salutis, quorsum petant utramque speciem? Si vero non credunt horum alterum, quid aliud, quam condemnando Sanctos majores suos, quin et Ecclesiam universam, gravissimi ejusdem erroris, vel impietatis, quæ cum interdixit usum Calicis laicis, æterna salute liberos suos privaverit?... Itaque res eo perducta est, ut causam totam ad Sanctam Sedem Apostolicam remitteretur, penes quam potestas erit, quidquid magis expedire Christianæ Charitati duxerit, hæc de re statuere. Ego verosi quam non dubiam spem ostendi viderem, exstinctas iri hæreses omnes in Regnis, ac terris Majestatis vestræ, modo Calix permittatur, existimarem, non ita magno negotio id impetratum esse, quamlibet multa dicta sint a multis in contrariam sententiam. Sed, si perstare in suis erroribus debent heretici, non video quid causæ sit, quamobrem de Calice magnopere laboretur. Quin etiam expedire cum quibusdam judico, ut hæc sit tessera quasi communio alterius speciei, qua dignoscantur ab Hæreticis Catholicis; ut, quemadmodum illi non aliam ob causam sibi Calicem usurpant, quam ut suam adversus Matrem Ecclesiam rebellionem declarent, sic hi propterea sint unius tantum speciei usu contenti, ut se legitimos illius, et obediens esse filios demonstrant.

In eandem utriusque Cardinalis sententiam abiit Trid. Conc., quod quemadmodum antea Constantiensis, et Basileensis Synodus sanxerat, sess. 21, c. 2, *Consuetudinem sub altera specie communicandi approbavit; et pro lege habendam decrevit, quam reprobari, aut sine ipsius Ecclesiæ auctoritate pro libito mutare non licet.* Equidem cum postea concedi petissent suis populis Ferdinandus Imperator, et Albertus Bavaricæ Dux, itemque Carolus Ferdinandi filius, Carinthiæ, Stiria, Carniolæ populis, Calicis usum a Pio IV impetrarunt; ac Pii diploma anno 1564 Vienna 18 Junii Pragæ 21 ejusdem mensis promulgatum fuit. Veram experientia docuit, Cardin. Truchsesium fere vaticinando ad Hosium 19 Sept. 1562 scripsisse, uti apud Pogianum legimus vol. III, ep. 75: *Faciatur Deus, ut mea me fallat opinio, sitque et iis, qui petunt, et iis qui concedunt (si modo concedatur) calix ille salutaris, neque potius sit vini plenus mixto, quem bibant peccatores terræ.* Itaque S. Pius V, vulneribus, religioni ex illa Calicis concessione, etsi præter opinionem ac valde contra voluntatem concedentis, impositis mederi volens, eam quinto post initum Pontificatum mense, in Caroli Archiducis Austriae provinciis abrogavit, datis tum ad Patriarcham Aquilejensem die 8 Junii an. 1566, tum ad ipsum Carolum Archiducem die proxime sequenti litteris, quas recitat cl. Lagomarsinus ad Pogianum, vol. III, pag. 156 seq. Sed hæc de re auctor sum, ut etiam legas, quæ in Antifebronio Italico adversus Febronium disseruit Franc. Anton. Zaecaria, t. I Casen. edit., pag. 19 seq. (EDIT. BARBIELL.)

diis constituti ex facultate ipsis tributa a mox laudato Summo pontifice in litteris expeditis die 26 Januarii 1753.

(33. Quis teneatur præstare Calices, tum alia ornamenta Ecclesiæ Parochiali, deficientibus vel non sufficientibus redditibus Fabricæ; vide apud Rousseaud de la Combe in sua Jurisprudencia Canonica, verb. *Calix*.

ADDITIONES CASINENSES

(34. Calix, vas sacrum, in quo Christi Sanguis consecratur atque offertur; a voce græca κάλυξ dictus, de quo Cassiodorus hæc habet: *Calix a calida dictus est potione, quoniam sicut ille cor hominis exhilarat bibitus, ita hic sanctas animas perpetuo jucundat haurus.*

(35. Calicem Patres Concil. Tribur. cap.

SUMMARIUM.

1. Calvarius unde nomen traxerit, et an ibi Adam

(1. Calvarium, seu Golgotha cranium significare, fert communis opinio; indeque exiguo illi monti nomen fuisse inditum, ex quo eo in loco Adamum fuisse sepultum, percrebuerit opinio, ut tradit S. Hieronymus in cap. 5 ad *Ephesios*, quamvis de veritate circa id satis dubitet, ibi: *Hæc, inquit, vera sint, nec ne, lectoris arbitrio derelinquo. Certe tunc in populo dicta placuerunt, et quodam plausu ac tripudio sunt excepta. Idemque S. Doctor de hoc etiam dubitat loquens de hac re in c. 27 Matth. At vero ipsemet, epistola 46, alias 17, Paulæ et Eustochii ad Marcellam ab eo scripta, vel dictata, eam sententiam sequitur, quam aliis in locis non probaverat, ibi: In hac urbe (Hierusalem), imo in hoc tunc loco et habitasset dicitur, et mortuus esse Adam. Unde et locus, in quo crucifixus est Dominus noster, Calvaria appellatur, scilicet, quod ibi sit antiqui hominis calvaria condita, ut secundus Adam, id est Sanguis Christi de Cruce stillans, primi Adam et jacentis protoplasti peccata dilueret. Et huic opinioni favent Tertullianus, Origenes, Epiphanius, Chrysostomus, Augustinus,*

SUMMARIUM.

ARTICULUS I. — Quid et quotuplex sit Cambium, et an sit licitum.

1. Cambium unde veniat, et quid significet. — 2. Cambium quid sit. — 3. Cambium quomodo differat a simplici permutatione, et ab emptione, et venditione. — 4. Cambium quomodo differat a Mutuo. —

(1) Non erat cur Auctor dubitaret an carmina illa ex lib. II adversus Marcionem, cap. 4 Tertulliani fuerint: nemo hodie paulo eruditior est, qui libros illos saltem post Hieronymi obitum divulgatos fuisse non sentiat. Cæterum alii plures pro sententia, qua in monte Calvarie Adam sepultus fuit, laudari possent. Vide Michaellem Glycam Annal., pag. 120, et Fabricium in Codice pseudepigrapho Vet. Test., p. 60, et I. II, p. 37. (EDIT. BARBIELL.)

18 Vasculum; Vas mysticum Synesius Constit. 2; Poculum Clem., l. 8 Constit. c. 15; Poculum Sanctum Gregor. Nazianz. Orat. 25 appellat.

(36. Plura Calicum genera erant, sc. qui *Baptismi Calices* dicebantur, quibus sacro Baptismate abluti, post acceptam Eucharistiam sub specie panis, Sanguinem bibebant sub specie vini. *Ministrales* etiam erant Calices, qui communicandis sub specie vini Fidelibus adhibebantur; hujusmodi Calices eo nomine appellatos esse ait Georgius Cassander Liturg. cap. 31, quia non ad offerendum, sed ad ministrandum populo Christi sanguinem deservebant: Benedict. XIV, De sacros. Missæ Sacrif., lib. I, cap. 4, n. 9. Horum Calicum plures vel pauciores pro numero fidelium communicantium apponebantur qui grandiores et capaciosiores erant.

CALVARIUS.

sepultus fuerit. — 2. Nonnulli auctores quod ibi Adam sepultus fuerit negant.

et Baronius ad ann. Christi 34, num. 112, expresse tenet locum illum ideo Calvarium appellatum, quod Adam ibi sepultus fuerit. Cui opinioni ac traditioni pia etiam innititur illa pictorum praxis, ut ad pedem, id est inferiorem Crucis partem, hominis calvariam depingant. Videatur Lambertinus Benedictus XIV, de Festis D. N. J. C., num. 271, et Ajala, Pictor Christianus Eruditus, lib. IV, c. 18, n. 16, ubi ad rem subjungit: Ita enim (si tamen ejus sunt [1]) diserte docent illa Tertulliani carmina, quæ sic habent:

Hic hominum primum suscepimus esse sepultum. Hic patitur Christus, pio Sanguine terra madescit Pulvis Adæ ut possit veteris cum Sanguine Christi Commixtus stillantis aquæ virtute lavari.

(2) Non desunt tamen qui aliter sentiant, ut referunt idem Ajala, et Cardin. Lambertin.; Benedictus XIV, loco cit.; et Calmet, in Dictionario, verb. *Adam*, tradit et verb. *Calvaria*; in quo verb. *Adam* tradit ipse Calmet, quod in Calvario Sacellum visitur Adamo sacrum; (2) vide verb. *Mundus*, a n. 13 et n. 55.

CAMBIUM.

5. Cambium quomodo differat a Deposito. — 6. Quis dicatur *Campsor*, et quis *Campsarius*. — 7. Cambium est duplex, Reale, et Siccum. — 8. Cambium Reale quale sit. — 9. Cambium Reale est adhuc duplex, scilicet Cambium reale minutum, seu manuale, et Cambium reale locale, seu per litteras. — 10. Cambium minutum, seu manuale, quale sit. — 11. Quare dicatur Cambium mi-

(2) Nec sane quidquam est, quod justam pro veterum illa sententia conjecturam præbeat, ut post Whithum in Exam. variant. Lection. Milii, pag. 35, monet vir doctissimus nuper Florentiæ defunctus Alphonsus Nicolai, t. III Lezioni della Genesi, lez. 51, p. 98. Exstat hac de re Samuelis Andree dissertatio de Adami Sepulcro, Marpurzi edita 1679. (EDIT. BARBIELL.)

nutum. — 12. Cambium minutum est licitum cum moderato lucro secundum consuetudinem regionis pluribus de causis, quæ assignantur. — 13. Cambium locale, seu per litteras quale sit. — 14. Quare dicatur Cambium locale, seu per litteras est licitum cum moderato lucro, secundum consuetudinem, majorem, vel minorem distantiam locorum, pluribus etiam de causis quæ assignantur. — 16. Cambium siccum quale sit. — 17. Quare dicatur Cambium siccum. — 18. Cambium siccum non est licitum, sed damnatum. — 19. Cambiorum usus, seu negotiatio ex duplici fine lucrandi videtur inducta, scilicet vel ex tali fine ob publicum Reipublicæ bonum, vel ex ipso ob privatam Campsorum utilitatem. — 20. Et ex utroque fine est licita Cambiorum negotiatio; ad n. 21. — 22. Dummodo serventur conditiones præscriptæ a S. Pio V, Constit. incip. *In eam pro nostro*, quæ hic assignantur. — 23. Cambiorum negotiatio potest etiam licite exerceri a qualibet persona privata non destinata a Republica ad cambiandum, et aliquod lucrum, seu utilitatem recipere ex Cambiis, quæ ex proprio arbitrio, et libertate exercet. — 24. Imo etiam si Personæ privatæ, per decretum Principis, seu Reipublicæ prohibeantur negotiationem Cambiorum exercere, nihilominus non obstante hujusmodi prohibitione, contractus suorum Cambiorum subsistunt, et alias, servata justitia pretii, nulla restituendi obligatio sequitur. — 25. Nec tales privatæ Personæ cambiantes contra prohibitionem Principis peccant mortaliter, nisi sua Cambia cedant in grave detrimentum Reipublicæ. — 26. Quando Cambium simul et semel æque prodest tam Campsario quam Campsori, seu uterque Cambientium reportat ex Cambio æquale commodum, is, qui prevenitur ab altero, potest ab illo lucrum Cambii recipere. — 27. Famulus, qui pecunias aureas accipit a Domino, ut ipsas deferat pro solutione ad creditorem ejusdem Domini, illasque commutat cum argenteis, acquisitis in illa commutatione, seu Cambio aliquo lucro; si cum pecuniis illis argenteis satisfacit in integrum creditori intra debitum tempus; nec graviter peccat, nec ad ullam restitutionem, vel Domino, vel ejus creditori faciendam obligatur, suppositis tribus, quæ assignantur; ad num. 29. — 30. Si autem Dominus expresse mandet famulo, ut pecunias in eadem illa specie auri deferat, et solvat creditoribus, tunc famulus contra expressam voluntatem Domini, et præsumptam voluntatem creditorum, commutando in argenteam, vel æream, graviter peccat, et tenetur ad restitutionem omnis damni creditoribus inde secuti. — 31. Si vero nullum inde damnum sequatur, adhuc quidem erit injuria, cum esset et contra Domini, et contra creditorum voluntatem, sed nulla erit obligatio restituendi. — 32. Cambium cum Recambio, seu cum recursu, ab unis vocatum *Vesuntinum*, et ab aliis *Placentinum*, licet a variis velut licitum speculative defendatur, tamen pro praxi est absolute rejiciendum velut purum Mutuum, et palliata Usura; adeoque Cambium siccum duplicatum. — 33. Cambium Francofurtense, seu Cambium ad nundinas, fieri potest licite ratione majoris lucri cessantis, quo diutius nundinæ distant, et pecuniæ solutio differitur, præsertim apud Mercatores. — 34. Et dato quod in hoc Cambio interdum non adsit ratio majoris lucri cessantis, adhuc ex ratione et natura contractus defenditur, et excusatur a plurimis, etiam per hoc quod tempore propinquo nundinis sit copia pecuniarum, adeoque multi-

ARTICULUS I.

Quid et quotuplex sit Cambium, et an sit licitum.

(1) Cambium venit a verbo *Cambire*, quod apud omnes idem significat ac permutare:

tudo Campsorum faciat Cambium vilius; et contra tempore remotiore. — 55. Cambium obliquum tres sub se occultat contractus; quinam ipsi sint. — 56. Quid sentiendum de eo in foro interno et externo. — 57-58. De creatione Cambii obliqui. — 44, 45. Si creditum, ex quo creatum est Cambium obliquum in totum haud subsistat, vitiatur Cambium quoad excessum tantum. — 46, 47. An validum sit Cambium obliquum ex credito creatum, si creditor seiverit nullas apud debitorem esse pecunias numeratas. — 48-50. Quid si debitor in creatione Cambii fassus fuerit se non esse solvendo. — 51-53. An sustineatur Cambium obliquum ex credito creatum, si præservata fuit anterioritas et potioritas ipsius crediti. — 54-56. Fructus Cambii obliqui tametsi valide creati an et quando debeantur. — 57. An cessent fructus Cambii obliqui per decoctionem debitoris, qui onus cambiandi assumpsit. *Remissive*. — 58. Quid si alter cum debitore in solidum se obligaverit. *Remissive*. — 59. An cessent fructus Cambii obliqui elapso tempore præfinito. — 60. De Cambio vero obliquo ad biennium contracto, et deinde ad beneplacitum partium, an, et quando prorogatum censi debeat. *Remissive*. — 61. Fructus Cambii obliqui an conveniri a principio possint in certa quantitate. — 62. An in Cambio obliquo dari possit fidejussor, vel recipi pignus. — 63. Quoad alia. *Remissive*.

ARTICULUS II. — De Cambii origine, progressu, abusu, et reductione.

1, 2. Antiquitas Cambii, et vetus cambiandi modus. — 3. Cambii divisio in *manuale* et *trajectitium*. — 4. Explicatio Cambii *Manualis*. — 5. Genus negotiationis cognitum Romanis. — 6-8. Nomina diversa, quibus appellabantur Cambiorum negotiatores. — 9-11. Incerta Cambii *Trajectitii* origo. Verosimile est a Græcis, et Romanis inventum, a Longobardis vero in præsentem formam redactum. — 12-14. Abusus Cambii. — 15. Pontificie Constitutiones ad tollendos Cambii abusus. — 16. Necessarius ad Cambii validitatem intervenit pecuniæ. — 17. Cum causa finalis ejusdem sit pecuniarum transmissio per Nundinas. — 18. Quæ ideo probanda est. — 19. Et non probata transmissione Cambia remanent sicca. — 20-23. Laxior opinio in foro admessa, quæ vero non ubique recepta fuit. — 24. Interdicta in exteris regionibus et hæc Cambia. — 25, 26. Alii Cambii abusus. — 27. Usuræ usurarum percipi nequeunt. — 28, 29. Neque in novam sortem converti. — 30-33. Leges a foro inventæ pro validitate Cambii obliqui. — 34. Quibus non concurrentibus corrui, licet esset camerali obligatione munitum. — 35. Declaratio præteritæ addit ad I Art., ubi firmatur Cambium creari posse etiam fructibus decurrendis. — 36-39. Confutatio hujus doctrinæ. — 40-42. Conciliatio utriusque opinionis. — 43. Plus solvit qui anticipatæ solvit. — 44. Qui sentit commodum incommodum sentire debet. — 45. Percipiens anticipatæ decurrendos fructus duplicatas, vel etiam triplicatas, ab eadem sorte percipit usuras. — 46. Qui contrahere possunt, possunt Cambia creare. — 47. Minores et Mulieres læsæ in integrum restituuntur. — 48. Sciente patre filiusfamilias valide in Cambio obligatur. — 49. Clericis interdicta sunt Cambia activa. — 50. Et lucrum ab eorum Cambiis perceptum acquiritur R. C. A. — 51-54. Circa cambia passiva non conveniunt DD. sed probabilius est posse a Clericis creari, et de ratione.

unde Cambium idem est, ac permutatio, et quantum ad præsens spectat, sumitur pro sola permutatione pecuniæ. (2) Et sic communiter definitur, quod *Cambium sit pecuniæ pro pecunia permutatio*. Dicitur *permutatio*, quæ particula stat loco generis, et per ip-